



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

LXXXVII. Das Domstift kauft Hebungen aus dem Schulzenhofe zu Buchholz  
von dem Ritter Heinrich von Errleben, am 27. August 1316.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

**LXXXVII.** Das Domstift kauft Hebugen aus dem Schulzenhose zu Buchholz von dem Ritter Heinrich von Erleben, am 27. August 1316.

Nos Segerus, prepositus dei gratia Ecclesie in Stendal, Heynricus decanus, neenon Eiusdem Ecclesie capitulum, Tenore presentium Recognoscimus publice protestantes, Quod strenuo militi domino Henningo dicto de Iresleve pro emptione unius talenti denariorum iudicii et servitorum vectigalium sitorum in Curia praefecti in Bucholt, que ab ipso iusto contractus titulo emimus, XIX. marcas argenti promissimus ad solvendum, Ita inquam quod in festo beati Martini nunc venturi X. marcas et in festo nativitate domini IX. absque prorogamine perfolvemus. In cujus obligationis evidentiam sigillum Capituli nostri duximus presentibus apponendum. Facta est etiam hec obligatio anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XVI<sup>o</sup>. in die Rufi martiris.

**LXXXVIII.** Markgraf Woldemar vereignet den Priestern Heinrich und Otto Wokendorf von der Familie von Warburg erkaufte Hebugen aus Groß-Schwechten, am 24. Juni 1317.

In nomine domini Amen. Actiones, que obliuio a libro delet memorie etc. Hinc est, quod nos Woldemarus, dei gracia brandenburgensis et Lufatie marchio, recognoscimus — quod in laudem dei eiusque matris marie sancteque katherine virginis et speciale remedium animarum nostrorum progenitorum et nostre dedimus et donacionis titulo sincere donamus proprietatem vnus chori Tritici, sibi in villa magna suecten in curia peter gotscalci, quem honesti clerici Heynricus et Otto fratres dicti wokendorp emerunt a strenuis famulis Coppekino, Hermanno et Heinricho fratribus dictis de warboreh pro eorum pecunia numerata dictique famuli chorum tritici antedictum coram nobis resignantes. Nos igitur renunciantes dicti chori proprietati ac omni seruicio qualicumque eciam precarie ac onere uniuerso, si quod in dicto choro, ac toti iuri, si quod nunc nobis competit uel possit competere in futurum tam quoad nos quam nostros heredes neenon quoslibet nostri domini successores — addicientes, quod predicti clerici predictum chorum tritici vendere vel dare possint in laudem dei ecclesiis in Stendal aut extra cuiquam volunt —. Acta sunt hec presentibus nobili viro Comiti de keuernberg, Conrado et Redekonj de redere, Haffoni et Wedegoni de Wedele, Henningho de brandenburg (sic pro blankenburg?), Henningho et Heynrico de ftegeliz militibus, Nec non euerardo stolpensi preposito nostre curie prothonotario et aliis pluribus fide dignis. In cuius etc. — Datum torgolow anno domini Millesimo CCC<sup>o</sup> decimo septimo, ja die beati Johannis baptiste.

**LXXXIX.** Markgraf Woldemar bestätigt die Stiftung einer ewigen Lampe im Dome zum Andenken seines Capellans Johann von Kerkow, am 6. Mai 1318.

— nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie marchio, recognoscimus per presentes litteras fidelite protestantes, quod in honorem sancti Nicolai Ecclesie stendalensis collegiate et spirituale remedium anime dicti Johannis de kercowe, quondam nostri capellani et